ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 31r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Quo

Que semel imbuta recens servabit odorem
testa diu / Sic ex lectione veterum et novorum
qui scripserunt prudenter auctorum duplex te
utilitas comitabitur / Nam et vitam studio
virtutum efficies meliorem et gramaticam
periciamque sermonis optimorum et ornatissi
morum verborum ac sentenciarum magnam tibi
supellectilem comparabis

Quos autores rex legere debeat

Sed accipe rursus a nobis aliam regulam
et qui sint auctores tibi legendi dum
puer es nostito / Sunt poete sunt poe historici
Sunt philosophi / Sunt oratores / Nam theolo
gos in aliud tempus reservamus / Quamvis et
horum aliqui sine periculo tradi puero possint
qui tamen et ipsi philosophorum nomine conti
nentur / Nihil est enim quod ignoratum philo
sophia pretereat / In poetis legendis qui tibi
credendi sunt / preceptoris iudicium assit / Inter
heroicos Virgilium cunctis preferat / Cuius tanta
eloquencia est / tanta gloria / ut nullius lau
dibus crescere nullius vituperacione minui
possit / Apud quem dicenda singula gnara
que quatuor esse putantur breve copiosum
Siccum / et floridum studiosus lector in
veniet / Lucanus grandis auctor historie
et Stacius admodum limatus / preteriri non
debent / Ovidius ubique tersus ubique dulcis
est / in plerisque tamen locis nimium lascivus
preclarissimum tamen opus eius cui metamorphoseos

ut post dicem